



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 122. Wladislaus Bohemorum Rex in Hungariæ regem salutatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. nam Georgii Podiebracii Bohemorum
A.C. 1490. Regis Filiam, qua Anno supra millesi-
 mum quadringentesimo sexagesimo quar-
 to sine liberis decedente, duodecimo ex
 post anno nuptiis secundis sibi copulavit
 Beatricem Ferdinandi I. Neapolitani Re-
 gis filiam.

§. CXXII.

*Wladislaus Bohemorum Rex in
 Hungariæ Regem salu-
 tatus.*

Istuanff. l. 1. Cum Hungariæ regnum eo tempore
Es 2. liberæ electionis esset, complures e-
Bonfin. dec. 4. rant Principes, qui illud ambiebant, cum-
l. 9. Es 10. etis id sibi jure deberi contendentibus.
Crom. l. 29. Hos inter Maximilianus Romanorum
Michov. l. 4. Rex avitam proferebat pactionem, quam
c. 83. cum Rege defuncto sanxerat eo tem-
 pore, quo Fridericus Imperator ejus Pa-
 ter Hungariæ coronam restituerat: Wla-
 dislaus vero Bohemiæ Rex id petebat
 jure quodam hæreditario ex linea Ma-
 tris suæ, cui etiam Beatrix Regina fave-
 bat. Joannes Albertus quoque ejus fra-
 ter, eoquod non parvum ex nupera
 Tartarorum cæde nomen ac nonnullo-
 rum Hungarorum suffragia adeptus esset,
 haud in finem inter Competitores locum
 sibi deberi existimabat. Pari quoque
 ardore ad hancce coronam adspirabat
 Ferdi-

Ferdinandus Neapolitanorum Rex; tan- Sæcul. XV.
 dem Joannes Corvinus Matthiæ filius A.C. 1400.
 nothus animum ad spem successionis ere-
 xit ob partam nominis sui gloriam, pri-
 masque dignitates, quibus regnante Pa-
 tre suo præfulgebat, nec minus eundem
 commendabant maxima suæ fortitudinis,
 atque insignium gestorum merita, quibus
 eum certo certius natalium obscuritatem
 illustraturum spem faciebat. Horum nulli
 deerant sui Fautores; Prævalere tamen,
 qui favebant Wladislao, præcipue post-
 quam ipsa quoque Beatrix eidem suffra-
 gata esset, quæ ejus specie in Conventu
 Olomucensi capta cum illo, quam pri-
 mum ad solium eveheretur, Matrimo-
 nium contrahendi spem concipiebat.

Ergo Wladislaus die decima quinta Bonfin. dec. 4
 Julii Hungariæ Rex proclamatus, vige- l. 10.
 sima prima Septembris in Albæ regalis
 urbe solemniter coronatur: Ast complu-
 ribus ejus electioni oblectantibus, brevi
 ad vim & arma descendebatur. Joan-
 nes Albertus; præ ceteris primus Neo-
 electo Regi fratri suo arma intulit, sed ini-
 to prælio plane decretorio, quo ipse
 valde de vita periclitabatur, pactis con-
 ditionibus pacem petere compulsus est.
 Pari quoque fato Maximilianus & Joan- Nicol.
 nes Corvinus spe sua dejecti fuere: Igi- Istuanff. l. 1.
 tur Wladislaus æmulis suis undique re- Es 2.
 pressis, & pace cum Bajazethe sancita,
 regnum

Sæcul. XV. regnum quiete tenuit, ob merum probi-
 A.C. 1490. tatem, & animi magnitudinem ab omni-
 bus magni habitus.

§. CXXIII.

*Hungari nuptiis Regis sui cum Beatrice
 oblutati.*

Isuan. ib.

Grati animi memoria expetere vide-
 batur, ut Wladislaus Beatricem, cu-
 jus potissimum favore solium conscende-
 rat, thori sociam sibi eligeret, nec alle-
 num ab ea animum præseferbat Wla-
 dislaus; Verum repugnantibus Hunga-
 ris, eoquod sterilis esset, ipsa Regem in
 jus Romam vocavit; cum autem Inno-
 centius hujus causæ patrociniū in se
 suscipere, litemque decidere renueret,
 Beatrix spe delusa in Insulam Ænariam
 secessit, ubi mærore confecta obiit.

§. CXXIV.

*Episcopus Varadinensis, aula resi-
 ãta, vitam Monasticam pro-
 fessus.*

*Bonfin. dec. 4.
 l. 7.*

Joanni Varadinensi Episcopo firmum fi-
 xumque hærebat propositum, abdi-
 cato Episcopatu, in quodam monasterio
 totum se Deo tradendi: Cum autem a
 Matthia, apud quem plurimum gratia
 valebat, veniam impetrare desperasset, eo
 mortuo